

Dixitque Samuel ad Saul, permittite & indicabo tibi quæ locutus est dominus mihi nocte: & dixit ei, loquere. Et ait Samuel, nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput tribuum Israel factus es, vixitque te dominus in regem super Israel? Perpende quatum placeat Deo humilitatis virtus: & simul intellige quod à virtute humilitatis recesserat Saul cui dicitur, cum esses paruulus in oculis tuis. Et misit te dominus in viam: & ait, vade & interfice peccatores Hamalec. Iuxta Hebræum habetur. vade & facies destruere peccatores Hamalec. Prius enim fuerat nomina destruedi Hamalecitarum: modò declaratur ratio quare destruedi sunt quia sunt peccatores, vt iustitia præcepti manifestetur. & pugna contra eos vsq; ad interitionem eorum. Et cur non audisti vocem domini, sed versus es ad prædam & fecisti malum in oculis domini?

Dixitq; Saul ad Samuel: immò audiui vocem domini, & ambulavi in via per quam misit me dominus, & adduxi Agag regem Hamalec & Hamalec interfeci. Tulit autem populus de præda oves & boues, primitias perledorū, ad immolandum domino Deo tuo in Gihgal. Sibi ipsi attribuit Saul quod fuit obediētia: minus aduertens quod nō cōstat sibi ipsi, immiscendo quod adduxi Agag regem Hamalec: fuerat enim præceptū vt interficeret eū. Populo autem attribuit quod fuit inobediētia, excusando tamen populum prætextu religionis: tanquam quæ seruata sunt, fuerint seruata quasi primitiæ offerendæ Deo. Et ad placandum Samuelē vtitur pronomine tuo, dicendo Iehouah Elohe tuo. Et ait Samuel, nūquid vult dominus holocausta & victimas, & non potius vt obediatur voci domini? Si nosse vis textum vt iacet in Hebræo, an voluntas Iehouah in holocaustis & sacrificiis sicut audire in voce Iehouah? Per quæ manifestatur quod non placent Deo holocausta & sacrificia quemadmodum obedire diuinæ voci. Deinde immediatè sequitur, ecce audire præ sacrificio bonum, & auscultare præ adipe arietum. Prius dixerat quod non æquantur sacrificia obediētia: modo amplius declarando dicit quod obediētia præstat sacrificio & incenso adipi, qui erat singularissima pars dicata Deo. Deinde immediatè sequitur. Quia peccatum diuinandi, rebellio, & iniquitas & Theraphim, cogere. Postquam confutauit rationem Saulis ex parte religionis, manifestat exaggerando quàm graue fuerit peccatum inobediētia: assimilando rebellionem superstitioni diuinandi, & assimilando oblationem quæ fit Deo, quasi inuito peccato iniquitatis & venerantium theraphim: hoc est simulachra,

simulachra. Nā cogere significat cogere eū cui offertur munus ad suscipiendum illud: quæadmodum de Iacob scriptum est quod coegit Hefau ad suscipiendum munus, simile enim quid declarauit Samuel accidere Sauli & populo, offerentibus Deo prædam Hamalecitarum quam Deus nolebat. perinde enim agebant ac si cogere vellent Deū ad suscipiendum eorum munera. Et per hæc manifestat Samuel eorum peccatum, tum inobediētia tum irreligiositatis, offerendo Deo quod illi displicet: vt omni ex parte confutet excusationem allatam, pro eo quod abiicisti verbum domini, abiicit te dominus ne sis rex.

Dixitq; Saul ad Samuel: peccavi, quia transgressus sum os domini & verba tua. Non ex integro corde confitetur peccatum suum qui falsam apponit causam sui peccati, subiungendo, quia timui populum & obediui voci eorum. ipse enim Saul præcipua causa fuerat seruadi ea quæ seruata sunt, sed porta quæso. Iuxta Hebræum habetur. Et nunc leua quæso peccatum meum, sed Hebræi leuare peccatum vocant ignoscere peccatum. & reuertere mecum. Ecce ratio qua mouebatur Saul ad confitendum peccatum, vt Samuel iret cum eo placatus. Et dicit reuertere mecum, quia occurrerat illi obuiam vt reuertenti comes esset. & adorabo dominum.

Et ait Samuel ad Saul, non reuertar tecum: quia proiecisti sermonem domini, proiecit te dominus ne sis rex super Israel. Vertitq; se Samuel vt abiret: ille autem apprehendit orā pallij eius, & scissa est. Et ait ad eum Samuel: scidit dominus regnū Israel à te hodie, & tradet proximo tuo meliori te. Interpretatus est Samuel scissionem sui pallij signū esse scissionis regni à Saule decretæ à Deo. Porro triumphator in Israel non parcat & penitudine non flectetur: non enim homo est vt agat penitentia. Iuxta Heb. habetur. Et etiā fortitudo Israel non mentietur & non penitebit: quia nō homo ipse ad penitendū. Deū appellat fortitudinē Israelis nō solū quia ipse est verè fortitudo populi Israel, sed potius ad significandum quod is qui est summa fortitudo, nullā in se cōpatitur mutabilitatē, qualis est in mēdace & in pœnitente. Et vt hoc melius perciperetur, dicit naturā Dei lōge distare à natura hoīs, cuius est penitere. Et dixit, peccavi. Et hæc quoq; cōfessionē nō proficisci ex integra agnitione peccati corā Deo, testatur adiūcta petitio honoris mūdi huius. nūc honora me quæso corā seniorib; populi mei & corā Israel. reuertereq; mecum, & adorabo dominum

num Deum tuum. Et reuersus est Samuel post Saulem: & adorauit Saul dominum.

Dixitq; Samuel, adducite ad me Agag regē Hamalec: & oblatus est ei Agag pinguisſimus tremes. Iuxta Heb. habetur. & iuit ad eū Agag delitiarū, vel catenarū. Dicitio Hebraica anceps est ad delicias vel catenas, an significet Agag delitiosus vel vincetus carenis. Et dixit Agag, siccine separat amara mors: Iuxta Heb. habetur. certē separauit amaritudo mortis. Vidēs se ductum ad mortem violentam, dicit se iam mortuū separatione amara mortis ab hac vita. Dixitq; Samuel, sicut orbabit mulieres gladius tuus, sic orbabitur pra mulieribus mater tua: & in frustra concidit eum. Iuxta Hebræum habetur. & scidit Samuel Agag coram domino in Ghilghal, nihilque dicitur de frustis.

Abiitq; Samuel in ramā: Saul verò ascēdit ad domū suā in Ghibhā. Deficit, Saulis. Describitur domus Saulis in colle Saulis. Et nō vidit Samuel vltra Saul. Iuxta Heb. habetur. Et nō addidit Samuel ad vidēdū Saule vsq; ad diē quo mortuus est. Annotabis prudēs lector, nō scribi & nō vidit, sed scribi & nō addidit ad vidēdū: quoniam hinc soluitur quæstio quæ mouetur ex gestis scriptis inferius cap. 19. videlicet q; Saul prophetauit corā Samuele. Aliud est enim addere ad vidēdū & aliud est videre. vidit siquidē post hęc hic scripta Samuel Saule ante diē mortis suæ, sed nō addidit ad vidēdū Saulem: quia nunquā iuit ad vidēdū eū, vt prius sæpe fecerat: hoc enim significatur dicendo & nō addidit Samuel ad vidēdū Saule. cū qua veritate stat quōd tanq; casu acciderit Saulem videri à Samuele: vt cōiugit in iis quæ narrātur ca. 19. verū tamen luxit Samuel Saule: quoniam dominū pœnitebat. Iuxta Heb. habetur. & Iehonah pœnituit quōd regnare fecisset Saule super Israel. Nō habetur cōiunctio quā, sed cōiunctio & narrātur siquidē duo: alterū q; Samuel quāuis nō iret ad vidēdū Saule, lugebat tamē eū, & quōd summum Deū pœnituit quōd fecit regnare Saulem super Israel.

CAPVT XVI.

Ixitq; dominus ad Samuelem: vsquequo tu luges super Saul, cū ego proiecerim eum. Iuxta Heb. habetur. & ego abominatus sum eum à regnādo super Israel: nō enim reprehendit Deus Samuelem perseuerantē in luctu tāquā agentem cōtra diuinam definitionem: sed reuelat imponendū esse terminum huiusmodi tristitiæ quia diffinita est reprobatio Saulis à regno. imple cornu tuum oleo & veni, mittam te ad Isai Bethlechēmitem,

lechēmitem: prouidi enim in filiis eius mihi regem. Quis surrogāndus sit rex, atque ab ipso Samuele vngendus, aptissimē reprobato Saule reuelatur Samuēli ad consolandum eum. Et ait Samuel, quomodo vadam. Timētis sunt verba interrogatiuē legendā, ad consulendū deū de periculo imminētis sibi mortis ex huiusmodi obedientia. audiet enim Saul, & interficiet me: dicitq; dominus, vitulum bouis tolles in manu tua, & dices ad immolandum domino veni. Docet deus Samuelem, vt tacita causa principalis itineris sui, manifestet dūtaxat minus intentā: vt hinc discamus nullum esse peccatum, cū simile quid homines sæpe faciunt. Et vocabis Isai ad sacrificium: & ego ostendam tibi quid facturus sis, vngesq; mihi quem monstrauero tibi.

Fecitq; Samuel quod locutus erat dominus, & venit in Bethlechēm. & admirati sunt seniores. Iuxta hebræum habetur. & tremuerunt senes ciuitatis ad occursum eius. Tremor internus significatur ex inopinato aduentu Samuelis: timendo ne forte fugeret à facie Saulis regis, & ciuitas angustaretur, hinc Samuele, in dē Saule instantibus. & dixerunt, pacificus ne est ingressus tuus: Et dixit, pacificus, ad immolandum domino veni, sanctificamini. Inuitat ad sacrificium senes ciuitatis qui occurrerant ei, volentes tamen interesse sacrificio. & venite mecum. Iuxta heb. habetur. & venietis mecum ad sacrificium. Samuel enim nō erat sacerdos, sed leuita: & sine dispensatione nō licebat ei sacrificare exercendo sacerdotis officiū, de quo nihil in litera scribitur. & sanctificauit Isai, & filios eius, & vocauit eos ad sacrificium. Specialis mēcio fit Isai: quia propter filios eius principaliter venerat. & propterea nō solū Isai tanquā senex, sed & filij eius sanctificati narrātur à Samuele, proculdubio secundum ritum legis ab eo mundati, sicut & alij inuitati sacrificio affuturi. Cūque ingressi essent. Iuxta hebr. habetur. Et fuit venientibus eis, proculdubio filiis Isai, insinuant siquidem hęc collata cum subiunctis, (videlicet quōd Isai vocabat singillatim filios ad Samuelem) rem gestam fuisse hoc ordine: videlicet quōd in aulam, in qua erat Samuel, ingressus est primū Isai cū primogenito suo: & facta reuelatione diuinā ad Samuelem, q; nō esset ille futurus rex, Isai vocabat aliū filium: & sic successiuē introduxit omnes filios ad Samuelem. Talem autē ordinē Samuelem disposuisse, ex hoc insinuat litera, q; nō omnes simul introduxit pater, qui tamen omnes ingressi aulam Samuelis, non singillatim exhibant, sed manebant in

ea: quemadmodum restatur vnctio Dauidis in medio fratrum subiuncta. vidit Eli' abem & dixit. num coram domino est Christus eius? iuxta Hebraeum habetur. tantum coram Ichouah vnctus eius. Et sunt verba interrogantis quidem deum, declinat tamen in partem affirmatiua, proponendo quod iste duntaxat sit quem vnxi: Deus. in cuius declinationis signum respondetur à Deo non esse spectandum ad aspectum illius, & altitudinem stature. hæc enim inuitauerant Semuelem ad suspicandum quod ille electus esset in regem.

Et dixit dominus ad Semuelem, ne respicias vultum eius. Legendum est. ad aspectum eius, & ad altitudinem stature eius, quia reprobaui eum: quia non iuxta intuitum hominis iudico: homo enim videt que patent oculis, Deus autem intuetur cor. Et vocauit Isai Abinadab, & adduxit eum coram Samuel: & dixit, etiam hunc non elegit dominus. Adduxitq; Isai Samiam: & dixit, etiam hunc non elegit dominus. Ex his autem clarè habetur progressus diuinæ reuelationis de nouo rege. nam primum reuelatum fuit Samueli quod Deus translaturus erat regnum in virum meliorem Saule: deinde reuelatum est illi quod vir ille esset vnus filiorum Isai berlehemitarum, sed non est ei reuelatum quis ex filiis Isai esset: & demum reuelatum est ei quod vir ille esset Dauid. Adduxit itaq; Isai septem filios suos coram Semuele. Quæstio oritur de numero filiorum Isai: eo quod in .i. para. ca. 2. septem duntaxat supputatur filii Isai comprehensio Dauid. Soluitur communiter, dicendo quod tamen hic in sequenti cap. supputatur octo filii Isai, eo quod Ionathas filius adoptiuus connumeratur inter filios Isai: in lib. vero Paral. supputatur filii naturales duntaxat. & dixit Semuel ad Isai, non elegit dominus ex istis. Hinc apparet quod Samuel secreto communicauerat Isai diuinam reuelationem sibi factam de vno filiorum eius electo à Deo: alioquin non dixisset ei, non elegit dominus ex istis.

Dixitq; Semuel ad Isai, an finiti sunt pueri? & dixit, adhuc reliquus est paruulus, & ecce pascit oves: & dixit Semuel ad Isai, mitte, & tolle eum, nec enim discumbemus. Iuxta Hebraeum habetur. quia non circumibimus. hoc est circulariter confedebimus. modus siquidem quo tunc commensales simul edebant describitur. donec veniat huc. Misitq; & venire fecit eum: erat autem rufus & pulcher aspectu, decoraq; facie. Iuxta Heb. habetur. & ipse rubens. cum pulchritudine oculorum, & bonitate aspectus. commendatur enim specialiter de pulchritudine oculorum. & ait dominus surge, vnge eum, quia hic ipse. Tulitq; Semuel cornu olei,

& vnxit eum in medio fratrum eius. Nulla verba dixit Samuel vngendo Dauidem, quemadmodum dixerat vngendo Saulem. Ita quod in duobus differunt istæ vnctiones. primum quod super caput Saulis effudit seu colauit oleum, Dauidem vero vnxit: deinde quod ibi declarauit deum vnxisse Saulem in ducem &c. hic autem nullum profert verbum: timebat enim manifestare quorsum fieret illa vnctio tot pertonis, ne perueniret ad aures Saulis. Quocirca fratres Dauidis quauis presentes vnctioni, nescierunt tamen ad quod vngeretur. nec forte patri manifestatum est quod vngeretur in regem, sed in electum à deo. putare autem facile poterat quod vngeretur in electum à deo in prophet. & directus est spiritus domini iuxta heb. habetur. & prosperatus est spiritus Ichouah in Dauid à die illa. & deinceps. Internum donum diuini impulsus, appellatur spiritus Ichouah prosperos habes successus in Dauid à die illa & deinceps. surrexitq; Semuel, & abiit in Ramam.

Spiritusq; domini recessit à Saul. Similiter diuini impulsus donum internum scribitur recessisse à Saule. subtrahit siquidem Deus huiusmodi gratuitum donum, Saule reddente se indignum illo ob superbiam & inobedientiam. & exagitatebat eum spiritus nequam à domino. Iuxta Hebraeum habetur. & tenuit eum spiritus malus à Ichouah. Quemadmodum spiritus bonus in Dauid, non significat angelum sanctum, sed gratuitum donum interni diuini impulsus, ita spiritus malus in Saule non significat demonem, sed spiritum melancholicum impellentem ad malum terrendo Saulem. Vbi interueniebat duplex passio immissa à Deo. altera corporis, in motu spiritus melancholici mali: hoc est nociui. altera animi: quoniam ex motu spiritus melancholici formabantur in internis sensibus apparitiones exterrentes Saulem. Et vtraque passio est ægritudinis naturalis: sed deo attribuitur, tum quia opus naturæ est opus dei: tum quia subtrahente deo gratuitum donum interni impulsus diuini compesceret huiusmodi passionem in Saule, inualuit spiritus melancholicus terrenus & impellens ad malas actiones. nam vt infra subiungitur, impellebat eum ad occidendum Dauidem. Dixeruntq; serui Saul ad eum, ecce spiritus domini malus exagitat te. Iuxta Heb. habetur. ecce nunc spiritus Elohim malus terret te. Cognouerunt serui eius spiritum melancholicum esse terrificum, vel referente ipso Saule terrores, quos patiebatur in imaginatione, vel ex exterioribus verbis aut factis: vt sæpe perpendimus huius.

huiusmodi melancholicos terreri ex iis quæ dicunt aut faciunt dum terrentur. Dicit obsecro dominus noster, & serui tui qui coram te sunt, quærent virum scientem psallere in cithara. Ne oporteat sæpe repetere, in toto hoc tractatu intellige psallere, & psallentem pro sonare, & sonantem: sic enim hebraicè habetur. *ut quando arripuerit te spiritus dei malus, psallat manu sua, & leuius feras.* Iuxta Hebræum habetur. *erit existente super te spiritu elohim malo: & sonabit manu sua & bene tibi.* Prædicunt isti non solum leuius tolerare, sed etiam quod bene erit ei.

Et ait Saul ad seruos suos: *providete ergo mihi aliquem bene psallentem, & adducite ad me.* Et respondit vnus è pueris, & dixit: *ecce vidi filium Iisai Beth'lechemita scientem psallere, & fortissimum robore.* Carent superlatiuo Hebræi: & rectius circumloqui videntur hebraicum transferentes, potentem robore, & virum belli, & prudentem in verbis, & virum pulchrum. Nec vlla istarum comendationum fuit falsa: nam omnes istæ cõditiones verificantur de Dauide proportionaliter intellectæ iuxta ætatem illius. Et dominus est cum eo. *Misit ergo Saul nuncios ad Iisai, & dixit: mitte ad me David filium tuum, qui est cum ouibus.* Tulit itaq; Iisai asinum plenum panibus, & lagenam vini. Iuxta Hebræum habetur. *asinum panis, & vitem vini, & hadum caprarum vnum.* clarè enim significatur asinus onustus pane, & misit per manum David filii sui Sauli. Et venit David ad Saul, & stetit coram eo: & ille dilexit eum nimis. Interpretes sepe vitur nimis pro valde, fuitq; ei armiger. *Misitq; Saul ad Iisai dicendo: stit obsecro David in conspectu meo, quia inuenit gratiã in oculis meis.* Igitur quancumque spiritus domini malus arripiebat Saul. Iuxta Hebræum habetur. *Et erit existente spiritu Elohim malo in Saule.* Quod ideo annotauerim ne extrinseca operatio significata intelligatur. tollebat David citharam, & psallebat manu sua: & refocillabatur Saul. Iuxta Hebræum habetur. *& dilatabitur Sauli.* Dilatatio cordis ex musica describitur. *& leuius habebat, recedebat enim ab eo spiritus malus.* Iuxta Heb. habetur. *& bene ipsi, & recedet ex super eum spiritus malus.* Non est mirum quod musica non solum mitiget, sed etiã penitus sedet commotionem spiritus melancholici: quã ægritudo corporalis sit redudans in phantasiã, & proportionata melodia delectet animũ, trãquillitatẽq; reddat turbatis motib; & animi, & corporis. nã quæadmodũ passiones corporis redundat in animũ, ita

ita è conuerso passiones animi redundant in corpus: vt quotidiana experientia testatur. Hæc quoque litera contestatur quod prior insinuauit, videlicet spiritum hunc malum fuisse spiritum impulsus melancholici: alioquin non scriberetur recedere ex musica: hæc enim sola causa in litera redditur.

Nec prætereas ordinem effectuum in Saule ex musica. primus enim effectus erat dilatatio cordis, directè contraria melancholico motui: nam melancholicus motus restrictiuus est spirituum, lætitia autem dilatatiua est. & hinc consequabatur bene se habere Saulem, & demum liberari ab illa melancholica vexatione pro illa vice: paulatim enim effectum operantur naturalia agentia.

CAPVT XVII.

Ongregauerunt autem Pelisthim agmina sua ad prælium, & congregati sunt in Socho Iehuda: & castrametati sunt inter Socho & Hazecam, in sinibus Dammin. Saul verò, & filij Israel congregati sunt in valle Elab: & disposuerunt prælium in occursum Pelisthim. Et Pelisthim stabant super montem hinc, & Israel stabant super montem ex altera parte: val-luq; erat inter eos.

Et egressus est vir spurius. Iuxta hebræum habetur. *vir de medio de castris Pelisthinorum.* Et describitur per hoc quod non egressus est ex latere vno vel altero, sed ita egressus est ex castris Pelisthinorum, quod egressus est è medio castrorũ: ad insinuandũ quod de cõsensu exercitus Pelisthinorum egressus est. *Ghol' iath nomen eius de Ghar: altitudo eius sex cubitorum & palmi.* Et *galea area super caput eius, & lorica hamata induebatur.* Iuxta hebræum habetur. *& lorica squamarum ipse induit.* fabrefacta siquidem describitur lorica laminis æreis ad similitudinem squamarum piscis: ita quod induebatur lorica squamosa: hoc est lamina laminam contegente, sicut squama squamæ iungitur in pisce, pondusq; lorice quinq; millium scolorum æris erat. Et *ocreas æreas habebat in cruribus.* Iuxta heb. habetur. *Et lamina æris super pedes eius.* Ad instar laminæ protegētis frontem, aiunt has laminas super pedes fuisse. *& clypeus æreus tegebat humeros eius.* Iuxta hebræum habetur. *& spiculi calybis inter humeros eius.* Significatur teli paruuli missilis ex calybe fabrefacti gestatio inter humeros. *Hastileq; lancea eius sicut licatorium texentium: & ferrum lancea eius sexcentorum scolorum ferri: & armiger eius.* Iuxta hebr. habetur, *& gestator scuti*

scuti vadens ante eum, daturus scutum ei, cum ad pugnam veniret. Stetitq; & clamauit ad acies Israel, & dixit eis: cur existis ad disponendum praelium: nonne ego Pelistheus & vos serui Saul? eligite vobis virum, & descendat ad me. Si poterit pugnare mecum, & percusserit me, erimus vobis serui: si autem ego potero in eum, & percussero eum, eritis nobis serui, & seruietis nobis. Dixitq; Pelistheus: ego exprobravi aciebus Israel hodie, date mihi vitum, & pugnabimus simul. Audiuit autem Saul & totus Israel, sermones Pelisthei hos: & stupuerunt. Iuxta Hebræum habetur, & fracti sunt & timuerunt valde. Fracti animo, & consequenter valde mentes describuntur.

David autem filius viri Eph'rahei. Similis dictio hic scribitur ei quæ scripta est in principio huius libri de Elcana patre Samuelis: & videtur in simili sensu interpretanda, vt pater Davidis vir augustus describatur. nam patria clarè subiungitur ex Bethlehem Iudæ, de quo supra dictum est. Iuxta Heb. habetur, iste ex Bethlechem Iehudæ. ad differentiã alterius Bethlehem in tribu Zabulon. & nomen eius Isai, & ei octo filij, connumerato adoptiuo, vt prædictum est. & vir in diebus Saulis, senex venit inter homines. Abierunt autem tres filij Isai maiores, abierunt post Saul ad bellum: & nomina trium filiorum eius qui perreuerant ad bellum, Eli ab primogenitus, & secundus eius Abinadab, & tertius Samma. Davidq; erat minimus: & tres maiores abierunt post Saul, David vero abiit & reuersus est à Saul: ad pascendum oves patris sui in Beth'lechem. Ratio quare David à Saule reuersus est ad pascendum oves patris sui, redditur trium maiorum fratrum egressus ad bellum cum Saule. Accedebat autem Pelistheus mane & vespere: & stetit quadraginta diebus.

Dixit autem Isai ad David filium suum: accipe quæso fratribus tuis Ephraim pollenta huius & decem panes hos. Nomen est melle suræ aridorum Ephraim: polenta autem pro granis tostis sumitur. & curre in castra ad fratres tuos. Et decem formellas casei has deferes tribuno: fratresq; tuos visitabis, si rectè agant. Iuxta Hebræum habetur, in pace. pacis enim nomine Hebræi bona cuncta significabant. & cum quibus ordinati sunt disce. Iuxta Hebræum habetur, & pignus eorum tolles, hoc est redimes quicquid in pignus dederint pro debito aliquo. subintelligitur enim quod Isai dederit pecuniã Davidi ad redimendum pignora fratrum suorum si opus esset. Saul autem & ipsi, & omnes viri Israel erant in valle

Terebinthi. Iuxta Hebræum habetur. Ela. Nomen est arboris, vt aliàs dictum est, pugnantes cum Pelisthim.

Surrexit David mane & reliquit oves curæ custodi, & onustus abiit sicut præceperat ei Isai: & venit ad locum Mahgala. Iuxta Hebræum habetur ad circulum. hoc est ad vallum seu fossam circulearem tingentem exercitum, vt moris est. & ad exercitum, qui egressus à pugnam vociferatus erat in certamine. Iuxta Hebræum habetur, & gens fortitudinis egrediens ad aciem, & vociferati sunt in helio. Narratur accidens tunc cõmotio ad praeliandum hinc & inde. Disposueratq; Israel & Pelisthim, aciem in occursum aciei. Dereliquitq; David vasa quæ secum attulerat in manu custodis sarcinarum, & cucurrit in aciem: & venit & interrogauit si omnia erga fratres suos rectè agerentur. Interpretes iterum exponit: nam in Hebræo habetur duntaxat. & interrogauit fratres suos in pace, vt supra diximus. Cũque adhuc loqueretur cum eis apparuit vir ille spiritus. Iuxta Hebræum habetur, & ecce vir mediũ ascendens (Gol'iath Pelistheus nomen eius de Gath) de aciebus Pelisthinorum. repetuntur enim supra dicta, locutus est iuxta verba hæc: & audiuit David. Omnes autem viri Israel cõvidissent vitum, fugerunt à facie eius & timuerunt valde. Et dixit vir Israel: num vidisti. Iuxta Hebræum habetur, num vidisti virum ascendentem huc, quod ad exprobrandum Israeli ascendit? Nõ dirigitur sermo ad solum Dauidem. & erit virum qui percussit eum dicitur rex diuinitus magnus, & filiam suam dabit ei, & donum patris eius faciet absque tributo. Iuxta Hebræum habetur, Liberam in Israel, quod plus est quàm absque tributo.

Et ait David ad viros stantes secum dicendo: quid fiet viro quò percussit Pelistheum hunc, & remouerit opprobrium ab Israeli? Certiorem reddi seipsum quærebat David de præmio quò audierat, quis est enim hic Pelistheus incircumcisis, quod exprobrauit aciebus dei viuenti? Iuxta Hebræum habetur, Elohim viuorum? Et est proculdubio sermo de vero deo. hinc enim clarè colligimus consuetum fuisse apud Hebræos nominare deum honoris gratia in numero plurali. & propterea nominando deum Elohim, cõsequenter nominauit eum viuos: nam Elohim est numeri pluralis. Nec prætereas diuinum impulsum apparerem in Dauid, dum refert iniuriam illatam Israeli à iniuriã dei: vt hinc perpèdamus quò spiritu dei agebatur David ad congregiendum cum Pelisthino. Dixitq; ei populus secundum hunc sermonem dicens: sic fiet viro qui percussit eum. Et audi-

ait Eli' ab frater eius maior, cum loqueretur ad homines: iratusq; est contra David & ait, cur huc descēdisti, & cuius cura reliquisti paucas oves illas in deserto? ego noui superbiam tuam & maliciam cordis tui, quoniam ut videres praelium descendisti. Parui refert contumelias has discutere, quæ ex irato pectore non absque inuidia proficisci videntur. Et dixit David: quid feci, nunquid nō verbum est? Parui refert quōd Hebraicè habetur: quid feci nūc, an non verbum ipsum? Subaudi liberum est. hic enim sensus quadrat dicenti quid feci nunc, loquendo & audiendo? an non liberum est loqui, an ipsum quōd feci est aliud quā verbum? Et declinavit paululum ab eo ad aliū. Interpretes addidit paululum, dixitq; eundem sermonem: & respondit ei populus verbum sicut prius. Audita sunt autem verba quæ locutus est David: & nūciata sunt in conspectu Saul, & tulit eum. Dixitq; David ad Saul: non concilat cor cuiusquam in eo, seruus tuus ibit & pugnabit cum Pelistheo isto. Pronomen eo, demonstrat Pelisthinum. hortatur enim David regē & astantes ne cuiusquā animus cadat propter Pelisthinum illum. Et rationem subdit, quia ipse pugnabit aduersus eum. Et ait Saul ad David: non vales resistere Pelistheo isti nec pugnare aduersus eum. Iuxta Hebræum habetur. nō valebis ad eundem ad Pelisthinum istum, ad pugnandum cum eo. Hæc est litera Hebraica: & sententia clara est. quia puer es, & ipse vir bellator ab adolescentia sua.

Dixitq; David ad Saul, pastor erat seruus tuus patri suo in omnibus: & veniebat leo vel vrsus. Iuxta Hebræum habetur. leo & vrsus. cum coniunctione copulatiua. & tollebat arietem de medio gregis. Iuxta Hebræum habetur. agnum de grege. nec aliud dicitur. Et persequebar eos & percutiebam, eruebamq; de ore eorū: & illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum: & suffocabam interficiebamq; eos. Legendum est in numero singulari. Et exiui post eum & percussi eum & feci euadere de ore eius: & surrexit super me, & inualui in mentum eius & percussi eum & occidi eum. Hæc est litera Hebraica, in qua explicatur modus quo congressus fuerat David tam cū leone quā cū vrsus: subiungit enim vtrunque se percussisse. Nam leonem & vrsus interfeci. Legendum est, percussit seruus tuus. nam sic habetur in Hebræo. eritq; Pelistheus iste incircuncisus tāquam vnus ex eis. Vndiq; David ad diuina confurgit. nam prius ad negatā Pelisthino circuncisionis gratiam spectat, qui ausus est maledicere exercitui dei viuentis. Iuxta Hebræum habetur, quia vituperat

uit

uit acies Elohim viuorum. Deinde intorquet iterum David iniuriam in deum: vt certiores simus quōd spiritu dei agebatur, vnde & fiduciam suam in summo deo se habere subiungit.

Et ait David, dominus qui eripuit me de manu Leonis & de manu vrsi, ipse me eripiet de manu Pelisthei huius. Dixit autem Saul ad David: vade, & dominus tecū sit. Parui refert quōd Hebraicè habetur. & honah erit tecum. Hebræi enim nullum habēt futurū nisi indiciariui modi. Et induit Saul Dauidem vestimentis suis, & posuit galeam æream super caput eius: & induit eū lorica. Et accinxit David gladium suum super vestes suas, & voluit ire quia non habebat vsus: dixitq; David ad Saul, non possum cum istis incedere quia nec habeo vsus, & remouit ea David à se. Et tulit baculum suum in manu sua: & elegit sibi quinque limpidi simos. Iuxta Hebræum habetur. lenes lapides de torrente. vt habiles essent vt iacerentur funda. & posuit eos in vase pastoralis quod habebat & in pera, & fida eius erat in manu eius: & processit ad Pelistheum. Ibat autem Pelistheus cundo & appropinquando ad Dauidem: & armiger eius. Legendum est. & gestator scuti ante eum. vt supra.

Aspexitq; Pelistheus & vidit Dauidem, & despexit eum: quia erat puer & rufus. Legendum est. rubens. vt supra. & pulcher aspectu. Et dixit Pelistheus ad David, an ego sum canis quod venis ad me cum baculis? maledixitq; Pelistheus David per deos suos. Significatur autē despectua maledictio. Et scribitur hoc vt vtrunque causa dei appareat. nam ex parte Pelisthini inuocatio suorum deorū, ex parte vero Dauidis fiducia in summo deo describitur. Dixitq; Pelistheus ad David: veni ad me, & dabo carnem tuam volatilibus celi & bestiis campi.

Dixit autem David ad Pelistheum: tu venis ad me cum gladio & lancea & clypeo. Iuxta Hebræum habetur. & in spiculo. quod prænarratum est gestari inter humeros Pelisthini. & ego venio ad te in nomine domini exercituum dei acierum Israel quibus exprobrasti. Dicitio interpretata dei, est nomen Elohe. manifestat quōd tanquam dei causam agens procedit aduersus eum. Die hac tradet te dominus in manum meā, & percutiā te, & auferam caput tuū à te, & dabo cadauera castrorum Pelisthim die hac volatilibus celi & animantibus terræ: & sciet omnis terra quod est deus Israeli. Nomē est Elohim. Et apte ad testificandū vniuersorum iudicem gubernare Israelē, daturum victoriam spon-

spondet. Et sciet tota cōgregatio ista quod non in gladio & lancea saluat dominus: ipsius enim est bellum. Iuxta Hebræum habetur. quia Iehouah bellum. & est datiu casus Iehouah. Et potest esse duplex sensus. alter quia bellū infertur ipsi summo deo, alter quia in potestate summi dei consistit bellum & non in vi lanceæ & gladij. Et hic secundus sensus quadrat modo loquendi Hebræorum, & tam antecedentibus quā sequentibus. & tradet vos in manus nostras. Cūq; surrexisset Ielishem, & veniret & appropinquaret in occursum Dauid, festi. ait Saul & occurrit ad pugnam ex aduerso Pelisthei. Iuxta Hebræum habetur. & occurrit in aciem in occursum Pelisthini. Sententia clara est. & ratio cursus fuit vt maior esset vis iactus fundæ. Et misit Dauid manum suam ad vas, & tulit inde lapidem & funda iecit, & percussit Pelistheum in fronte eius: infixusq; est lapis in fronte eius, & cecidit super faciem suam in terram.

Præualuitq; Dauid aduersus Pelistheum in funda & lapide, percussitq; Pelistheum & interfecit eum: & gladius non erat in manu Dauid. Cucurritq; Dauid & stetit super Pelistheum & cepit gladium eius & eduxit eum de vagina sua, & interfecit eum, & præcidit eum eo caput eius. Ex hoc duello non licet ab exemplo Dauidis suscipere indictum duellum ab altero: quia singularis spiritus diuinus in Dauide, ex antedictis creditur mouisse Dauidē ad hoc duellum. videruntq; Pelisthim quod mortuus esset fortis eorum, & fugerunt. Surrexeruntq; viri Israel & Iehuda, & vociferati sunt & persecuti sunt Pelistheos vsquequo venias in vallem & vsque ad portas Hec ron: & ceciderunt occisi Pelisthim in via Saharim, & vsque ad Ghath & vsque ad Hec ron. Et reuersi sunt filij Israel à persequendo Pelisthim, & inuaserunt. Iuxta Hebræum habetur. & diripuerunt castra eorum. quod plus est quàm inuadere. Cepitq; Dauid caput Pelisthei, & attulit illud in Ierusalaim. Hoc prænarratur hic ad complendum historiam rei gestæ: non quod tunc attulerit caput Pelisthini in Ierusalem, sed post ea quæ inferius subiunguntur quando Saul triumphans venit in Ierusalem. & arma eius posuit in tentorio suo. Sic etiam habetur in Hebræo: nisi quod in plurali numero in quibusdam codicibus antiquis scribitur in tentoriis eius. Quocirca duplex quæstio suboritur. altera an sit sermo de tentoriis Dauidis, an de tentoriis Ierusalem. altera quomodo hæc verificantur: quum inferius ca. 21. gladius Gol' iath in tabernaculo domini in ciuitate Nobæ recoditus scribatur.

So.

Solutio primæ videtur quod sit sermo de tentoriis Ierusalem: quia in numero plurali tentoria significantur: Dauid autem non habebat tentoria multa tēpore triumphus Saulis. Solutio verò secundæ est, vel quod hic non est sermo de armis omnibus Pelisthini, sed de armis eiusdem excepto gladio, qui oblatu fuit in tabernaculo domini in memoriam concessæ victoriæ: vel quod post triumphum ex Ierusalem translatus est gladius in Nobæ in tabernaculum domini.

Quando autem vidit Saul Dauidem egredientem in occursum Pelisthei, ait ad Abner principem militiae de qua stirpe descendit hic adolescens: Iuxta Hebræum habetur. filius cuius est iste puer Abner? Non de stirpe se. de patre inquit. dixitq; Abner, vinit enim a tua rex si noui eum? Modus loquendi Hebraicus est, interrogatiuè significans negationem. Ita quod sensus est, non noui. hanc enim negationem asserit adhibito iuramento per vitam regis. Et dixit rex: interroga tu cuius filius sit iste adolescens. Quando autem reuersus est Dauid à percutiendo Pelistheum, tulit eum Abner & adduxit eum ante Saul: & caput Pelisthei erat in manu eius. Dixitq; ad eum Saul, cuius filius es adolescens? & dixit Dauid, filius serui tui Iisai Berlechemita. Suboritur hinc quæstio quomodo Dauidem non agnoscebat Saul, qui fuerat cū eo & sonuerat cithara, fueratque armiger eius dilectus ab eo: vt superius narratū est cap. præcedente. Solutio est quod mutatio de pueritia in adolescentiam magna plerūque fit, ita vt non agnoscatur adolescens qui cognitus erat puer. transitus enim ad pubertatem cum augmento notabili staturæ (interueniente præsertim magnitudine barbæ) valde magnam parit mutationem in aliorum aspectu. & propterea non est mirum quod Saul non agnouerit Dauidem mutatum in adolescentem tempore quo fuit absens ab eo.

CAPVT XVIII.

T fuit cum complexset loqui ad Saul, anima Iehonathan conglutinata est anima Dauid: & dilexit eum Iehonathan sicut animam suam. Tulitque eum Saul in domum suam in die illa: & non concessit ei vt reuerteretur in domum patris sui. Inuenit autem Dauid & Iehonathan fœdus. proculdubio vnanimimitatis fraternæ. diligebat enim eum sicut animam suam. Exposiuitq; se Iehonathan pallio quo erat indutus & dedit ipsum Dauid: & vestes suas. & vsq; ad gladium suum & vsq; ad arcum suum, & vsq; ad baltheum suum. Ad tollendā admirationē q; regis filius

R

fœdus

foedus inisset cum Dauide, subiungitur pro ratione facti ingens amor Ionathæ erga Dauidē tanquā seipsum. In cuius signum vestiuit eum tāquam seipsum, dum proprias exiit vestes & arma deditq; Dauidi. *Egressus quoque Dauid, in omnibus ad qua mittebat eum Saul prudēter se gerebat, posuitq; cū Saul super viros belli: & acceptus erat in oculis totius populi in conspectu. Iuxta Hebræū habetur. & etiam in oculis terrorem Saul.* narratur enim gratia Davidis tam in oculis populi quā in oculis curialium regis.

Porro cū reuertetur percusso Pelistheo Dauid & ferret caput eius in Ierusalē. Iuxta Heb. habetur. *Et fuit venientibus eius reuertente Dauide à percussione Pelisthinū, & egressa sunt mulieres de omnibus ciuitatibus Israel cātantes & choros dēcentes, in occursum Saulis regis.* Sic habetur in Hebræo: *quanuis vulgata editio & subtraxerit & addiderit.* Author libri huius distulit hāc historiam, eo quod intendebat eā scribere vt initiū odij Saulis erga Dauidē. narrauit enim hactenus Dauidē placuisse, & Sauli & Ionathæ & Abner & curialibus & omni populo: subiūgit modò vnde initiū habuit odiū Saulis versus Dauidē. & dicit venientibus eis (videlicet rege & principibus exercitus) procul dubio triumphando ob victoriā habitā cōtra Pelisthinos. *cum tympanis letitia.* Parui refert quod Heb. habetur. *cum tympanis in letitia.* describuntur enim instrumēta musica, describitur & gaudiū personarū. *& cū fistro.* Iuxta Heb. habetur. *& cū tertio.* Instrumētum musicū trium chordarū valde differēs à fistro, significatur. *Et præinebāt mulieres ludenti s atque dicebāt.* Iuxta Heb. habetur. *Et responderunt mulieres ridētes & dixerūt.* Modus quo cātabant describitur: videlicet vt chorus choro responderet, ita quod alter proponebat, alter respondebat: & chorus respondentium cum risu cecinit subiuncta. *percussit Saul mille & Dauid decem millia.* Parui refert quod Hebraicè vtrōbique additur pronomen. *percussit Saul in millibus suis, & Dauid in Myriadibus suis.* sic enim ad verbum iacet in Hebræo. *Iratus est autē Saul valde, & displicuit in oculis eius sermo iste: & dixit, dederunt Dauidi myriades & mihi dederūt millia: quid ei superest nisi solū regnū? Nō rectus ergo oculis Saul aspiciēbat Davidem.* Circūlocutio est dictionis Hebraicæ sonātis, si dici licet, oculator. ita quod legendū esset. *Et fuit Saul oculator Davidis à die illo & deinceps.* Inuidia ergo initium odij describitur.

Et fuit in crastino, inuasit spiritus Dei malus Saul. Iuxta Hebræum

bræum habetur. *& profecit spiritus Elohim malus in Saule.* Dicitio interpretata profecit, est illamet, quæ interpretata est superius, & prosperatus est spiritus Dei in Dauide: quoniam in idem redit significatio verbi, sed magis quadrat profectus quā prosperitatis nomen in malis. Vexatio itaq; maior significatur dēpendo, & profecit spiritus (hoc est impulsus infernus) in Saule, iusto Dei iudicio malus: vt pote & nociuus & ad malum. *& prophetabat in medio domus suæ.* hoc est & insaniuit ad similitudinē prophetantiū aliena à cōmuni ratione agentium & dicentium, & hoc erat primum nocumentum cōsequens cōmotionem spiritus melancholici. *& Dauid psallebat manu sua sicut cōsueuerat per singulos dies: & lācea erat in manu Saul.* Taculatusq; est Saul lanceā, putās quod cōfingere posset Dauid cū parietē. Iuxta Heb. habetur. *& dixit percussit in Dauid & in parietem.* Et hoc annotandū duxi vt perpendamus quod quanuis Saul tunc insaniret, in ipsa tamen infania odiū suum exequabatur: vel quia quæadmodū in repentinis homo operatur secundū præexistētē habitū, ita Saul à vehemēti passione melancholice actus ad præcōceptum odiū exequēdum impellebatur: vel quia nō penitus absorbebatur rationis vsus, quāuis vehemēter perturbaretur ita quod & ad gestus & verba infanorū impellebatur in medio domus suæ. *& declinauit Dauid à facie eius secundo.* Iuxta Heb. habetur. *& vertit Dauid à facie eius duabus vicibus.* Quia nusquā antea Saul fecerat simile actū cōtra Dauidē, oportet secundū planum literæ sensum intelligere qd duabus vicibus ante ea quæ inferius subiūgētur, Saul iaculatus fuerit lanceā ad percutiendū Dauidē, & vtraque vice Dauid auertit se à facie Saulis. An autem istæ duæ vices fuerint in vna eadēq; infania, an in duabus, scriptura nō dicit, sed rationi cōsentaneū est quod fuerint diuersis infanie diebus: tū quia dū furor in cursu est, prudētis viri est cedere furoriturū quia subiūcta gesta insinuat, quod Saul rediēs in seipsum aiebat se nō iaculaturū esse ex industria lanceā in Dauidē, sed extra se positū id fecisse, & sic Dauid credulus reuertebatur ad Saule. *Et timuit Saul à facie Davidis: quia dominus erat cū eo & à Saule recesserat.* Nō timuit Saul malū inferendū à Dauide p̄ione suæ, sed priuationē successionis in regno inferēdā ex eo quod Deus erat cū Dauide. *Amouit ergo cū Saul à se, & posuit eū sibi tributū mille virorū.* Ista amorio fuit post secūdā vicē. ita qd expertus bis quod Dauidē nō percussisset in infania

positus, verentem (vt rationabile est) Dauidem redire ad domesticum obsequium regis, ne tertio se exponeret huiusmodi periculo, amouit Saul à domesticis obsequiis & fecit eum tribunum militum. & egrediebatur & ingrediebatur ante populum. Hebræo more per egredi & ingredi vniuersa officia alicui congrua significantur.

In omnibusque vis suis Dauid prudenter se gerebat: & dominus erat cum eo. Viditque Saul quod prudens esset nimis. Alias dictum est quod interpretatur vtitur nimis pro valde. & cogitauit eum. Iuxta Hebræum habetur. & timuit à facie eius. Superius dictum est quod timuit eum adhuc domesticum: modo dicitur quod timuit eum etiam tribunum. Totus autem Israel & Iehonath diligebat Dauid: ipse autem. Legendum est. quia ipse egrediebatur & ingrediebatur ante eos. Ratio redditur quare omnis Israel & Iuda amabat Dauidem. Dixitque Saul ad Dauid: ecce filia mea maior Merab, ipsam dabo tibi in uxorem, tantummodo esto vir fortis. Iuxta Hebræum habetur. tantum esto mihi in filium fortitudinis & præliare bella domini. Verba quidem bona & pulchra, sed veneni plena: quod venenum manifestatur à scriptura subiungente machinationem Saulis: vt videlicet occideretur Dauid à Pelisthinis. Saul autem dicebat, non sit manus mea in eum, sed sit in eum manus Pelisthinorum.

Dixit autem Dauid ad Saul: quis ego sum. & qua vita mea, aut cognatio patris mei Israel vt sim gener regis? Et fuit, tempore quo danda erat Merab filia Saul Dauidi, data est Hadrielis Meholathia in uxorem. Dilexit autem Michal filia Saul Dauidem: nuncia: vni: est Sauli, & placuit verbum in oculis eius. Dixitque Saul, dabo eam ei vt sit ei in scandalum. proculdubio supra dictum: videlicet vt ratione affinitatis exponeret se periculis mortis aduersus Pelisthinos, & sic occideretur, hoc enim clarè subiungitur, & sit in eum manus Pelisthinorum: dixitque Saul ad Dauid, in duabus gener meis eris hodie. hoc est in duabus filiabus affinitatem mecum hodie contrahes: nam prius contraxerat ratione maioris, & modo ratione minoris. Et præcepit Saul seruis suis: loquimini ad Dauid clam dicendo, ecce placent regi & omnes serui eius diligunt te, nunc ergo esto gener regis. Et locuti sunt serui Saul in auribus Dauidis verba hæc: dixitque Dauid: num parum vobis videtur generum esse regis, & ego sum vir pauper & despectus? Et nunciauerunt serui Saul ei dicendo: huiusmodi verba locutus est Dauid.

Dixit autem Saul: sic dicetis ad Dauid, non habet rex sponsalia necessitas. Iuxta

Iuxta Hebræum habetur, non voluntas regi in dote. Mos antiquus insinuat vt gener regis dote daret. Ambigo tamè an de dote tota sit sermo: vt sat existimarent eleuari in regis generum: & propterea uxorem dotaret gener, sed in centum praputis Pelisthinorum vt fiat vltio de inimico regis: porro Saul cogitabat facere occidi Dauid per manum Pelisthim. Nunciaueruntque serui eius Dauidi verba hæc, & placuit sermo in oculis Dauid vt fieret gener regis: & post paucos dies, iuxta Hebræum habetur. & non impluerunt dies. Tertium insinuat tempus consuetum vel decretum à die sponsalium vsque ad diem nuptiarum: & antequam completerentur dies illi Dauid ducentos Pelisthinos occidit. Deinde sequitur. Surrexitque Dauid & iuit, ipse & viri eius, & percussit eum Pelisthim ducentos viros: & attulit Dauid præputia eorum, & impluerunt ipsa regi ad contrahendum affinitatem cum rege. Adimpletio promissionis factæ significatur in duplo. & dedit ei Saul Michal filiam suam in uxorem. Viditque Saul & cognouit quod dominus esset cum Dauid: & Michal filia Saul diligebat eum. Et Saul magis cepit timere Dauid, iuxta Hebræum habetur. Et addidit Saul ad timendum à facie Dauid aliter. Nec affinitas minuit sed auxit timorem. factusque est Saul. Iuxta Hebræum habetur. & fuit Saul inimicus Dauidi omnibus diebus. Ecce peius timore, inimicitie odium.

Et egressi sunt, proculdubio ad bellum, principes Pelisthinorum: & fuit a tempore egressionis eorum prudenter se gessit Dauid præ omnibus seruis Saul, & celebre factum est nomen eius valde. Parui refert quod Hebraicè habetur verbum significans argumentum rei charè seu preciosæ, tanquam diceretur & magnipensum est nomen eius valde.

CAPVT XIX.

Ocutus est autem Saul ad Iehonathan filium suum & ad omnes seruos suos vt occiderent Dauid. Iuxta Hebræum habetur. ad faciendum mori Dauid. Ecce inimicitie odium non valens amplius latere in animo Saulis, patefit filio & domesticis: nec dicitur eis vt occidat Dauidem, sed manifestat eis procurandam esse mortem Dauidis, & Iehonathan filius Saul diligebat Dauidem valde. Nunciauitque Iehonathan Dauidi dicendo: querit Saul pater meus occidere te. Hinc patet quod Saul proposuerat inquirendum esse modum aliquem quo moreretur Dauid, quapropter caue tibi quæso mane & manebis in oculis & absconderis. Ego autem egrediar & stabo ad manum patris mei

mei in agro, ubicunque fuerit. Iuxta Hebræum habetur. in quo tibi ibi. Certus significatur ager utriusque notus. & ego loquar de te ad patrem meum videboq; quid respondeat & nunciabo tibi.

Locus est ergo Iehonathan de David bonum ad Saul patrem suum: dixitq; ad eum, ne peccet rex in seruum suum in David, quis non peccauit tibi & quia opera eius sunt bona tibi v. lde. Et posuit animam suam in manu sua. Iuxta Hebræum habetur. in manu sua. Modus est loquendi illius temporis. significat enim exponere se manifesto periculo mortis, similitudinè ponentis animam (hoc est vitam) suam in manu sua, quasi prompti ad perdendum eam. & percussit Pelisthæum, fecitq; dominus salutem magnam toti Israeli: vidisti & letatus es, cur ergo peccas? Legendum est, peccabis in sanguinem innocentem. futurum enim significatur peccatum, interficiendo David qui est absq; culpa. Iuxta Hebræum habetur. gratis hoc est absq; merito: non enim meruerat mortem David. Audiuitq; Saul vocem Iehonathan: & iurauit Saul, viuit dominus si morietur. Vocauit itaque Iehonathan Dauidem, & nunciavit ei omnia verba hæc: & adduxit Iehonathan Dauidem ad Saul, & fuit ante eum sicut heri & nudus tertius.

Motum est autem rursus bellum, egressusq; est David & pugnavit cum Pelisthim, percussitq; eos plaga magna, & sugerunt à facie eius. Fuit autem spiritus domini malus super Saul: eratq; in domo sua sedens & habens lanceam suam in manu sua. Non describitur prophetas in medio domus suæ gestibus & verbis sed sedes, ne David timeret insanientem, David autem psallebat manu: Quasi iuravit Saul percutere lancea Dauidem & parientem, & declinauit à facie Saul & percussit lancea parientem: & David fugit & euasit nocte illa.

Misit autem Saul nuncios ad domum David, ut custodirent eum & occiderent ipsum mane: nunciavitq; Davidi Michal vxor eius dicendo, nisi saluaueris animam tuam nocte cras morieris. Descenditq; fecit Michal Dauidem per fenestram, & abiit & fugit & saluatus est. Tulit autem Michal statuam. Scito quod Hebraicè habetur. theraphim. ut hinc clarè cognoscamus theraphim significare simulachrum. & posuit in lecto, & pellem pilosam. Iuxta Hebræum habetur. & puluinar caprarum posuit sub capite eius. proculdubio ad mentiendum capillarum caput simulachri. & operuit veste. Misit autem Saul apparitores qui raperent eum. Iuxta Hebræum habetur. Et misit Saul nuncios ad tollendum Dauidem: & dixit Michal, egrotus ipse.

Misitq; Saul nuncios ad videndum Dauidem dicendo: afferite eum ad

ad me in lecto ut occidatur. Veneruntq; nuncios: & ecce theraphim in lecto, & puluinar caprarum sub capite eius. Dixitq; Saul ad Michal, cur sic decepsisti me, & dimissisti inimicum meum & saluatus est? & dixit Michal ad Saul, ipse dixit mihi, dimitte me, alioquin interficiam te. David autem fugit, & euasit, & venit ad Samuel in Ramam, & nunciavit ei omnia quæ fecerat ei Saul, abiitq; ipse et Samuel, & morati sunt in Na'ioth.

Et nunciatum est Sauli dicendo: ecce David in Na'ioth in Rama. Hinc insinuatur quod Na'ioth locus quidam erat in territorio ciuitatis Ramæ, quæ erat ciuitas Samuelis in monte Ephraim: ut in principio huius libri patet. Aiunt autem Na'ioth fuisse habitaculum amœnum cum horto seu pomario. Misitq; lictores ut raperent Dauid. Corrige ut supra: & lege nuncios ad tollendum David: videruntq; cuneum prophetarum, prophetarum & Samuel stantem super eos. Iuxta Hebræum habetur. & Samuel stantem presidentem super eos. Vide disparitatem. congregatio prophetarum prophetabat: hoc est cantabant, saltabant, seu choreas ducebant. Samuel autem stabat & præsidebat illis prophetantibus, dirigendo, proponendoque fortè diuinam laudum materiam, aut carminis metrum, vel exhortando. & fuit super nuncios Saul spiritus dei. Nomen est Elohim. & prophete cepere etiam ipsi. Simili modo prophetasse istos nuncios, quemadmodum prophetasse alij, intelligimus. Quod cum nunciatum esset Sauli, misit alios nuncios, & prophetauerunt etiam ipsi: addiditq; Saul, & misit tertios nuncios, & prophetauerunt etiam ipsi. Et iratus iracundia Saul. In hebræo non habetur, & iratus iracundia Saul: sed duntaxat. Et iuit etiam ipse in Ramam. Prius describitur terminus ad quem, quam medium: de quo subiungitur. & venit vsque ad cisternam magnam, quæ est in Socchoth. Parui refert quod hebraicè habetur. vsque ad puteam magnum, qui est in Secho. Locus medius cuneo prophetarum describitur: ut demonstratio respondentium subiuncta testatur, dicendo. & interrogauit, & dixit, ubi est Samuel & David: dictumque est, ecce in Na'ioth in Rama. demonstrantis enim locum verba sunt. Et iuit illic ad Na'ioth in Rama: & fuit super eum etiam spiritus dei. Nomen est Elohim. Nec est dubium quod de spiritu bono sit sermo: grauitur siquidem donum internum diuini impulsus ad actus & verba prophetica, describitur in istis omnibus. & ambulabat ingrediens. Iuxta Hebræum clarius habetur. & iuit

condo & prophetando vsque quo veniret in Na'ioth in Rama. Ge-
 ra Saulis à patre magno vique in Naioth referuntur vide-
 licet quod in illo itinere ita prophetando, vt intelligamus
 plus collatum et quam nunciis eius. Et *expoliatis etiam se ip-
 se vestimentis suis*. Hæc expoliatio facta fuit in Na'ioth: & di-
 cendo etiam ipse, insinuat quod similiter nuncijs eius expo-
 liauerant se vestes suas quando prophetauerunt. *vsq; propheta-
 uit cum cæcili coram Semuele*. Iuxta Heb. habent *vsq; propheta-
 uit etiam ipse coram Semuele*. Dico etiam ipse, signifi-
 cat qd cū a-
 liis prophetibus prophetari coram Semuele prædicere. *vsq;
 tibus*. & hoc nõ aduersari scriptis in ca. 15. declarandi
 est. *vsq; cecidit nudus*. Iuxta Heb. habetur. *vsq; cecidit nudus* *vsq;
 die illa* *vsq; no' se*. Nõ narratur qd cantauerit, sed qd ceciderit, nu-
 dusque permansit prostratus coram die illa & nota nocte: di-
 sponente hoc deo ad dandum tempus Davidi, vt abiret iunior,
 & saluaret se. Nec nudus intelligas abiq; omni operimento, sed
 abiq; summis vestibus: puta cum sola camisia vel huiusmo-
 di. nam simili modo expoliati deturbantur nuncijs Saulis.
vsq; exiit: pronubium enim *vsq; Saul int' r prophetas*: Superius in-
 ca. 10. eadem sententia habita est: verum tñ nouitas, hic au-
 tem conuenticas meritorum ratio prouelbji fuit.

CAPVT XX.

*Venit autem David de Na'ioth in Ramam: veniitq; & dixit
 coram Iehonathan, quid fecisti: quæ est iniquitas mea, &
 quod peccatum meum coram patre tuo, quod quærit ani-
 mam meam?* *Qui dixit ei, absque non mortis: ecce non faciet pater
 meus rem magnam, vel rem parvam, quam non resuetabit tibi caris me.*
vsq; cur absconderet à me pater meus, rem hanc & non illam? Hinc ap-
 patet quod Ionathas abiens fuerat, quãdo Saul misit ad ap-
 prehendum Davidem vt occideretur: si enim fuisset presens,
 sciuisset gesta illa, & similiter abiens fuerat Ionathas, quãdo
 Saul misit ter viros ad tollendum Davidem ex Naioth. Et *intra-
 nit adhuc David*. Ionathan iurasse intelligimus ad confirma-
 dum vltima verba, nequaquã erit illud: videlicet qd me inficio
 pater meus quater te occidere. Intelligitur autem iurasse nõ
 promittendo factum alienum, scilicet patris sui: sed factum
 proprium, scilicet adhibiunt se tantum suadum quod sciet
 paternã voluntatẽ. Hebræa tamen litera sonat quod David
 adhuc iurauit: hoc est non solum assensit, sed etiam iurame-
 to firmavit quæ dixerat & iterum subiuncta, quod videlicet
 quærebatur

quærebatur Saul ipsum occidere. Vnde in hebr. subiungitur. *vsq;
 ait*: & non vt vulgata habet editio. *vsq; ille ait*: superstitur enim
 illic, *vsq; cecidit* *vsq; pater tuus quod inueni* *vsq; cecidit in oculis tuis*, *vsq;
 dicit nesciat hoc Iehonathan ne dolore afflicti*: *vsq; cecidit vultus do-
 minus* *vsq; vultus animas tua quia vno tantum, vt via dicam gradus ego
 vultusq; dimittitur*. Iuxta Hebræum habetur, quod sciet passus inter
 me & inter matrem. Minima distans mortis ab ipso exprimi-
 tur ex distans vultus passus, vt intelligat Ionathas periculũ
 in quo fuit. Et *vsq; Iehonathan ad David*: quicquid dixeris mihi
 anima tua faciam tibi.

*D*ixit autem David ad Iehonathan: ecce calcatae sunt crura, *vsq;
 sedendo sedere solo ad vespertinam iuxta regem*. Iuxta He-
 bræum habetur, *cum reger*. non enim significatur quod solitus
 esset sedere immobilitate post regem. *dimittite ergo me vt abscon-
 dar in agro vsque ad vespertinam tertiam diei*. Iuxta Hebræum ha-
 betur. *vsq; dimittite me: vsq; ero absconditus in agro vsque ad vespertinam
 tertiam*. Tria hinc habentur. vnum quod David nõ intendebat
 ire in Beth'lechem, sed occultare se in agro vsque ad ve-
 spertinam tertij diei: ita quod absconditio continuanda erat vsq;
 ad vespertinam tertij diei. hoc enim significat clarè litera. Alie-
 rum qd, tertiam vespertinam erat tertiam iurando à vespertina non il-
 lus diei quo loquebatur David & Ionathas: quia quantum nõ
 dicitur vsque ad vespertinam tertiam à calcatis, sed dicitur abso-
 lute vsque ad vespertinam tertiam, subiuncta tamen in hoc eodẽ
 capitulo (quod videlicet post secundũ diem mensis mane iuit
 Ionathas ad iactandum sagittas) restatur quod vsq; ad vespertinam
 tertij diei mensis persecutus erat David in occulto. Et di-
 citur vsq; ad vespertinam horã, quia nesciebant si cõmoditas
 affutura erat die tertio mensis ante prandium seu mane Ionathas
 ad exercendum se ad iactandum sagittas. Et hinc insinuat
 tertium: quod celebritas illa duabus duraxat durabat die-
 bus, primo videlicet & secundo die mensis: nã die precedentis
 te calendas fuit hoc colloquium (vt in textu clarè dicitur) &
 vsq; ad transactũ secundũ diem mensis mora Davidis occul-
 ta decernitur. Si requiredo requisierit me pater tuus, dices citroga-
 mis me David vt in celisiter in Beth'lechem cõsuetudine sua, quia vi-
 situm solentis sunt tibi omnibus contribulibus suis. Iuxta Hebræum
 habetur, quia sacrificium dixerunt tibi tota familia. Officium men-
 dactum docuit dicere, sacrificium autem votiuum vel potius
 conditum ab vniuersa familia paternæ domus ad certos
 dies,